

te ser
nini
cum
idē te
alter
ruitu
erige
opa
e triū
na ce
vigi
mo
ū me
pre
/quū
rtuū
in ce
e diri
nietē;
ra no
dum/
opes/
le cō
di vn
es ad
s viri
si ec
outabl
mem
nt ad
cō. un
stue:
firma:
ed inte
te tua
ndere

Leonardi
ad Iulium. l
propagatore
Sanctissimo & Bea
Iulio digna dei pr
uniuersalis ecclesia
redanus Dux Ven
Conati fuimus Bea
tissime quibuscūq
tim litteris nostris
les Grimanū & Con
plicatis Sanctitati
rentia declarare de
tissimū animū nos
nificantes effectua
stituendis Ciuitat
& supplicantes rec
ctitatis. Credimus
preces & clamorem
ga omnes benignit
tam & exaudita m
cū adhuc in incerto
rei intelligentia ui
Beatitudinē in med
plicationes nostras

- 00
- 01
- 02
- 03
- 04
- 05
- 06
- 07
- 08
- 09
- 10
- 11
- 12
- 13
- 14
- 15
- 16
- 17
- 18
- 19
- 20
- 21
- 22
- 23
- 24
- 25



LSI

no
ac
ue
no
er
na
es
ue
ue
ig
es
es
no
es
er
14
m
is
tā
ip
10

151
Leonardi lauredani Ducis Venetiarum
ad Iulium II. Pont. Max. rei Ecclesiasticæ
propagatorem Epistola.

Sanctissimo & Beatissimo in Christo patri & dño dño
Iulio digna dei providentia Sacrosanctæ Romanæ ac
uniuersalis ecclesiæ summo Pontifici: Leonardus lau-
redanus Dux Venetiæ pedū oscula beatorū
Conati fuimus Beatissime pater & dñe noster clemen-
tissime quibuscūq; mediis nobis possibilibus & preter-
tim litteris nostris ad Reuerendissimos dños Cardina-
les Grimaniū & Cornelium scriptis: ac sepe & sepius re-
plicatis Sanctitati uestre cum omni humilitate ac reue-
rentia declarare deuotissimam obedientiam & obsequē-
tissimū animū nostrum erga Beatitudinem uestrā sig-
nificantes effectualement executionē a nobis datam in res-
tituendis Ciuitatibus & locis omnibus Romandiolis
& supplicantes recipi & reponi in gratiam uestre San-
ctitatis. Credimus ad ipsius aures peruenisse humiles
preces & clamorem nostrum: & ut est summa nostra er-
ga omnes benignitas sperauimus speramusq; & audita
tam & exaudita fuisse deprecationē nostram. Verum
cū adhuc in incerto uersemur nulla profus habita eius
rei intelligentia uisum est nobis hisce nostris ad uestrā
Beatitudinē inmediate directis reuerenter deferre sup-
plicationes nostras. Nouit Sanctitas uestra certo scire

mus quo in statu res Veneta sit constituta: cōtrouer-
tur iam tādē uiscera misericordie uestre. Meminerit
se uices eius in terris gerere qui mitis est: nec unq̄ a se re-
iicit supplices ad ipsius clementiā confugiētes. Si quid
erratum est illata pena omne superauit demeritum no-
strum pro qualitate delictorū debet esse & perarum mo-
dus. Non iam in iustificationibus nostris preces fundi-
mus: sed in benignitate multa uestre Sanctitatis eius ue-
stigia & documenta imitantis qui pre ceteris omnibus
misericors est & clemens. Adaperiantur nobis mitissi-
me aures uestre Sanctitatis & nobiscum mane faciat mi-
sericordiam suam. Recordetur non fuisse nos aliquādo
seruos inutiles Apostolice sedis: consideret quantū san-
guinis atq; auri contra Infideles a Venetis uestris sit
effusum: & deniq; flectat oculos ad eam qua Sanctitas
uestram in omni tempore in quocūq; rerum statu
prosecuti fuimus obedientiam & filialem pietatem. Ex
quibus omnibus benignitatē & gratiam Beatitudinis
uestre nobis indubie pollicemur. Si monitorio Sancti-
tatis uestre ut fecimus prompte & in tempore nō parui-
mus dignetur eadē manus que uulnus intulit medici-
nam afferre. Fiat hmoi obedientia nostra xp̄iana Prin-
cipibus omnibus nota humanissimis litteris & Breui-
bus uestre Sanctitatis. Cessent xp̄iana arma cōtra xp̄ia-
nos eodēq; deuotissimos Beatitudinis uestre & sancti-
ssime Sedis apostolice. Quod sicut decet officium Vica

rii christi in terra sua maiori spe & ceteritudine a uestra
 Sanctitate est omnibus expectandū | quo reliquos om-
 nes excelliori animo & fidei zelo antecellit. Nos nihil
 ardentius expetimus q̄ redire in gratiam Beatitudinis
 uestre: & erga eam qualia possumus obsequia exhibe-
 re. Et hec omnia cupimus abundantius & copiosius ex-
 plicari coram uerbo Oratoris nostri: quem si ita gratū
 eidem & placitum fore intellexerimus q̄ primū ad San-
 ctitatem uestram missuri sumus. Datum in nostro Du-
 cali palatio die .v. Junii. Inditione .xii. M. d. ix.

Gaspar secreta.

¶ Ad Lectorem.

¶ Ad sunt ecce mi lector quas auidissime exoptabas tuo-
 rum Venetorum ad Iulium .II. Pont. max. in tempesti-
 uae litterae: & illorū inq̄ Venetorum quorū monstruosum
 Imperium tot seculis paulatim creuit / tātū loq̄ momen-
 tū illo non nisi diuū numine in praecipitū est lapsū. Has
 Stephanus noster Guillireti Bibliopola ut ultra Gara-
 mantes (si illuc usq̄ Venetum nomen aliquando pene-
 traui) facilius mitti possint / non sine spe lucri q̄ celestis
 me imprimendas curauit: si erratorum ueniam rite ex-
 postulent: si humilitatem si quid aliud preleserant tuo-

12
delinquimus iudicio pensitandum. Nos vero in Venetorum litteris adhuc solitam (ut ita dixerimus) Venetis ac deprehendisse affirmare non erubescimus. Vale.